





FACULTATIS MEDICÆ  
*In Almâ ac Perantiquâ Academiâ  
Electorali Hierana p.t.*

DECANUS,

**D. GEORGIUS  
CHRISTOPHORUS  
PETRI** ab **Wartensfelß/**

Sacri Palat. Cæsar. Comes, Consilia-  
rius & Archiat. Electoral. Mog. Con-  
sul primarius & Physicus Erffur-  
tensis, Universitatis & Facul-  
tatis Medicæ Senior,  
P.P. & P.L. C.

*Lectori Benevolo, S. P. D.*

eumque

Cum omnibus Medicinæ Fautoribus

*Ad Disputationem Inauguralem publicam die 5. Februarij,  
bono cum DEO, habendam decenter invitat.*

P. Dominicâ IV. post Epiphaniam die 30. Januarij, A<sup>o</sup> 1707.

ERFORDIÆ,

*Typis Joh. Henr. Grosch, Acad. Typographi.*



FACULTATIS MEDICAE  
In Almae ac Praesumptissimae Academiae  
Electoris Hassanae P. A.  
DE CANUS,

D. GEORGIIUS  
CHRISTOPHORUS  
PETRI ab Anterselva

Sacri Palatini, Comes, Consilia-  
rius & Architecti Electoralis Mog. Con-  
sol. primarius & Physicus Extraor-  
dinarius, Universitatis & Facultatis  
eius Medicus Senior

P. P. & P. L. C.

Electori Hassanae, P. A. D.

Compendium Medicorum Anterselvi  
Ad Dissertationem hanc publicam die 7. Februarii  
1693 cum D. D. Johanne de Anterselva  
P. Dominica IV. post Epiphaniam die 30. Januarii 1693.  
ERORDIE  
Typis Joh. Henr. Giesb. Acad. Typographi.







Urea planè & omnium calculò ve-  
rissima sunt verba Democriti anti-  
quisissimi Philosophi, quæ leguntur  
in Epistol. Hippocratis ad Damage-  
tum: *Ὅτι ὁ ἄνθρωπος ἐκ γενεῆς νόσος ἐστίν.*  
Totus Homo ab ipso ortu morbus  
est: dum educatur inutilis, auxilium

supplex implorat: Quid est Homo, quærit Seneca de con-  
sol. ad Marc. nihil aliud, quam imbecillum corpus, suâ-  
pte naturâ nudum, alienæ opis indigens, ad omnem  
fortunæ contumeliam projectum? Est imbecillitatis &  
calamitatis exemplum, temporis spoliolum, fortunæ lu-  
sus, inconstantia imago, lutum scitè mixtum, putredo  
in exortu, bulla in omni vitâ, escâ vermium in morte,  
immò post Hominem Vermis, post Vermem foetor &  
horror, & secundum illud Poëtæ Homo nihil aliud est,  
quam

*Bulla, Vitrum, Fumus, glacies, flos, fabula, scænum,*

*Umbrâ, Cinis, punctum, Vox, sonus, aura, nihil:*

Punctum est, quod vivimus, & adhuc puncto minus,  
inquit supra citatus Seneca Epistol. 40. Usque adeo nulla  
pars vitæ calamitatibus vacat: A conceptione usque ad  
ortum quando Hominem contemplamur, pro DEUM  
immortalem! quales heic occurrunt miseræ vix inchoa-



tò & conceptò embryone, cujus scilicet conceptio culpa,  
Vivere pœna, labor vita, necesse mori? quæ & quanta,  
matrem uterum gerentem vexant ta dia, quæ infinita,  
symptomata, v. g. vomitus enormes, pica, & similia, quæ  
prægnantes affligere solent? ipse fœtus adhuc in suo er-  
gastulo conclusus pluribus obnoxius est ærumnis, sæpè  
uterus ei pro tumulto est, & pro ortu abortus, qui vitam  
præmaturè eripit misero, antequam ipsi concedatur lu-  
cem videre: ex uteri carcere eluçantem plurima comi-  
tantur pericula, quæ vel à matre, vel ab imperitâ ob-  
stetricæ, vel à seipsò, alienâ nutrice & similibus timenda  
sunt: editus nunc in lucem plorat, & à lachrymis auspi-  
catur vitam, quam non accepisset, si scienti fuisset da-  
ta: dum crescit, subinde vita decrescit, & secundum Se-  
necam, hunc quem vivit diem cum morte dividit: fari,  
vesci, ingredi nescit animal cæteris imperaturum: Dolor  
est totum, quod vivitur: tenellam hanc ætatem varii  
morbi circumstant ordine longò, sæpius à lacte materno  
coagulato, quod interdum Veneni naturam induit, pro-  
venientes; infestat Epilepsia à spirituum animalium sive  
nervosi liquoris per auram malignam nitrosam, vel Vi-  
triolaceam explosivam vel congelativam irregulari com-  
motione, expansione & agitatione ex Willisii mente  
nata: adsunt achores, porrigines, favi, manantia ulcera,  
Cutis in capite infantum plurimis ac minimis foraminu-  
lis Cutem perforantia, ex falso nitrosoque succo cum  
particulis glutinosi mistò propullulantia: nec parcunt  
huic ætati exanthemata pustulosa seu Variola à coagula-  
tivis crudioribus in peculiari fermentò sanguinis conna-  
to delitescens portionibus genita, ut & Morbilli sæpè  
maligni, & hinc parvæ pestis nomine à nonnullis insi-  
gniti, à sanguinis portionibus tenuioribus ichorescenti-  
bus,



bus, & à primo ortu delitescentibus præviâ fermentatio-  
ne p. n. oborti: non rarò corripit pueros Hydrocephalus,  
tumor aquosus seu Hydrops Capitis, sæpenumerò  
à capite ab obstetrice in puerperiò rudius contrectatò  
& compressò productus: ab auribus defluit humiditas:  
nondum firmatum tibus os aphthis scaturit: ventriculi debi-  
litas adest: alvum tormina, caput vigiliæ vexant: pavores  
quietem turbant: in intestinis generantur lumbrici, mul-  
torum malorum patratores, aliquando illa perforantes,  
<sup>venit</sup> putredinis, à crudo & peculiari seminiò scaten-  
te succò nati: torquet interdum Lithiasis à primò ortu,  
portionibus excrementitiis salinis, fixis, Tartareis, terre-  
stribus, lentis & viscidis originem debens: infestat Phtei-  
riasis, pravorum humorum soboles, & plerumque sca-  
biæ humidæ Comès, præcipuè ob <sup>addo, quæ in</sup> pueris fami-  
liaris: ut & Siriaasis, morbus ille infantilis curatu difficil-  
limus & sæpè lethalis ob inflammationem cerebri ejusq;  
membrarum, quem syncipitis & oculorum cavitas,  
febris ardens, totius corporis siccitas & prostratus appe-  
titus comitari solent, à sanguine acriore & fervidiore cir-  
ca membranas Cerebri stagnante proveniens, in quo cir-  
ca suturam sagittalem & coronalem membranacea illa  
portio, folium dicta, quæ omnium postremò in ossæam  
duritiem coalescere solet, subsidet & foveam, quæ <sup>origo</sup>  
græcè dicitur, quasi constituit: ad hunc infantium mor-  
bum contrahendum palmariam sæpè causam suppeditat  
lac nutricum calidius & spirituosius redditum à Vino &  
Cerevisiâ fortiore copiosè haustis, quæ infantes quasi in-  
ebriare, atque hinc cerebri ejusque membrarum in-  
flammationem inducere possunt. Hunc Speciminis In-  
auguralis locò uberius pertractandum elegit Vir Juvenis  
Clarissimus & rei Medicæ peritissimus

omni

) 3

DN,



DN. JOHANNES HEINRICUS

**S**chram / Isenacô-Thuringus,  
Medicinæ Baccalaureus,

cujus <sup>prospicitur</sup> honestissimos natales; & studiorum cursum brevibus hæc pro more recepto recensere operæ pretium erit: non enim extremò felicitatis locò repõndum est, benè natum esse, vitamque laudabiliter studiis incumbendo transegisse: Adspexit itaque hanc lucem Isenacì annò reparatæ Salutis MDCLXXXII, d. 2. Junij, Patrem nactus Virum plurimum Reverendum, Clarissimum atque Doctissimum Dominum SEBASTIANUM SCHRAMIUM, Archi-Diaconum ibidem vigilantissimum: Matrem verò Matronam pientissimam CATHARINAM SUSANNAM, Viri quondam plur. Reverendi Dn. M. *Heinrici Purgoldi*, Concionatoris Aulici Quedlinburgensis, <sup>viri et viri</sup> Filiam natu majorem: cujus ut præmaturum ex hac vita discessum vehementer doluit Noster, ita divinam providentiam in eò agnovit, quod prælaudatus Dominus Parens ad secunda vota conversus uxorem duxerit Viri plur. Reverendi Domini M. *Valentini Schrenij*, Archi-Diaconi in Patriâ meritisimi, beatæ memoriæ, Filiam unicam *Annam Dorotheam*, quorum Parentum optimorum fidelissimam in educatione curam satis deprædicare nequit: tenebris enim ungviculis omni studiò eò allaborarunt, ut Filium non solum pietati morumque probitati asvescerent, sed & literis imbuerent: quem in finem privatâ institutione non contenti Scholæ Patriæ eum commiserunt, quam frequentans Præceptoribus usus est fidelissimis, videlicet Viris Clarissimis atque Doctissimis Dn. M. *Zeidlero*, Rectore meritis-


imo,



simo, Dn. *M. Hesselbartho*, P. L. C. & Con-Rectore,  
ut & Dn. *Ebartò* tertiæ Classis Collega, Ad O. R. MDCXCIX.  
jussu Domini Parentis ad illustre Gymnasium, quod Go-  
tha floret, se contulit, ibidemque tanquam sedulus Au-  
ditor Professores auscultavit Clarissimos atque Doctissi-  
mos, videlicet Dn. Rectorem *Vöckerodum*, Dn. *Rei-  
chardum*, Dn. M. *Sirobelium*, Con-Rectorem, & Dn.  
M. *Wieglebium*, cujus pariter convictu & privatâ infor-  
matione usus est: ob adversam valetudinem postmodum  
domum vocatus, ibidemque paulò post sanitati restitu-  
tus, jacta ante in lingvis, artibus & disciplinis funda-  
menta non solum excoluit assiduâ repetitione, verum et-  
iam quotidianis exercitiis augere allaboravit, operam ad  
hanc rem fideliter conferente Dominò GOEBELIO, Con-  
cionatore Aulicò & Pastore Farnrodensi vigilantissimò:  
cumque jam instaret tempus Academiam aliquam salu-  
tandi, Annò M. DCCII. Mense Augusto ad nostram Hi-  
eranam se recepit, ubi in Philosophicis Excellentissimum  
Dn. Professore *Stengerum*, ut & Virum Clarissimum  
Dn. M. *Häuserum*, P. L. C. audivit: animum postea ad  
Medicinam adpellens informatione Viri Excellentissimi  
Dn. D. *Justi Vesti*, Patholog. P. P. & Facultatis Medicæ  
Sub-Senioris per biennium usus integrum penè Medici-  
næ cursum absolvit: nec minus interfuit Collegio Ana-  
tomico Excellentissimi Dn. D. Joh. Philippi Eyselij, Ana-  
tom. Chirurg. & Botanic. P. P. Ordinar. Fac. Med. Assesso-  
ris, & P. L. C. cui humanum cadaver secanti tanquam se-  
dulus Auditor assistit, quem etiam in botanicis excursio-  
nibus sæpius comitatus est: præterea etiam Excellentiss.  
Virum Dn. D. *Jacobi*, Chim. P. P. Ord. publicè legentem  
audivit. In Patriam reversus Avunculi sui Nobilissimi at-  
que Experientissimi Dn. D. *Schræmij*, Practici Ifennacen-  
sis



sis famigeratissimi manuductione ad Praxin usus est: ibidemque simul consultum duxit illam, quam antè hauserat, rerum Medicarum notitiam augere & repetere; E lapsò annò Academiam celeberrimam Fridericianam, quæ Halæ Magdeburgicæ est, salutans ibidem auscultavit Excellentissimos Professores, Dn. D. *Stablium* & Dn. D. *Frid. Hoffmannum*. Tandem ad nostram Hieranam iterum se recipiens decenter petiit, ut Matriculæ nostræ Facultatis tanquam Candidatus inscriptus ad examina consuetam quamprimum admitteretur: petiti compos factus ita respondit ad quæ sita, ut illum Facultas nostra iudicaverit dignum, qui ad ulteriores honores admittatur: die 5. Februarij, Deò dante, habebit Disputationem publicam Inauguralem de *Siriaci* infantili morbo: quem actum Disputatorium ut suâ honorificâ præsentia condecorare dignentur cum Magnifico Dn. *Rectore* *Proceres Academici*, reliquique Medicinæ *Fautores*, eâ quâ par est, observantia atque humanitate officiosè ac peramanter rogantur & invitantur. Dabam Erfordiæ, d. 30. Januarij, Annò reparatæ Salutis M. DCCVII.





01 A 6576


ULB Halle 3  
002 931 664




TAOC

Sb.









B.I.G.

Farbkarte #13



35a

IS MEDICÆ  
*antiquâ Academiâ  
Hierana p.t.*

ANUS,  
**ORGIUS  
OPHORUS**

**Gartenselß/  
Comes, Consilia-  
ectoral.Mog.Con-  
Physicus Erffur-  
tatis & Facul-  
cæ Senior,  
P. L. C.**

*olo, S. P. D.  
que  
edicinæ Fautoribus  
lem publicam die 5. Februarij,  
dam decenter invitat.*

*iam die 30. Januarij, A<sup>o</sup> 1707.*  
**RDIE,**  
*ch, Acad. Typographi.*